

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Lukianu Hapanta**

**Zwinger, Jakob**

**Basileæ, [1619]**

Argumentum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1415)

*ερωδωδὴν* ad fabulam de *Arione*. Periander iste puto. ]  
*Narratio à persona regis Corinthi*. Ac conscensa. ] *τι νεα-  
 χθόντι*. Nam auscultabam. ] *Gell. libr. 16. cap. 19 ex lib. 1.  
 Herodoti*. Laudo studium. ] *Collaudatio à gratitudine*.

## MORTVORVM DIALOGI.

## ARGVMENTVM

in eisdem.

Quamquam ex eadem occasione & hi dialogi, quibus inferorum querelæ, iudicia, poenæ, & id genus alia describuntur, exceptis paucis quibusdam, quorum argumenta de suis temporibus sumplisse Lucianus videtur, cum superioribus prognati sunt; alium tamen atque diuersum ab illis finem habent, aliaque momenta docent. Suprà enim amores & affectus deorum tractantur: at hic illud indicatur, atque etiam oculis penè subicitur, quòd apud Inferos, & eos iudices, quorum sententiæ post hanc vitam subijciendi omnes sumus, nulla personarum ratio, nulla potentia, diuitiarum, honorum, famæ, aut cuiuscunq; fortunæ estimatio futura est: sed quòd omnes, quod ad conditionem attinet, æquales futuri, & pro eo ac quisq; in hac vita se gerit & meretur, supplicium aut præmiu accepturi sumus. Tantis illud quoque non ignorem, Lucianum ex ironia magis pleraque hæc, quam quòd ira animo senserit, dixisse videri posse, utpote Epicureum, &, ut ab alijs vocatur, *ἄθεος*, qui neque de dijs, neque de immortalitate animarum rectè quicquam senserit. Veruntamen etiam aliàs, cum de veris moribus philosophorum scribit, ut in *Nigriño*, *Demonaste*, & cæteris quibusdam, eiusmodi se presentis vitæ rebus & actionibus præcipit & tradit, quæ illum haud dubiè de futura quoque non nihil cogitatione ac sensu præcepisse confirmare possint. Vrit autè hæc se habent, digni tamen dialogi isti sunt qui legantur, & ob oculos quæ sepius reuocentur, vel ob hoc solù, ut à cupidita-

rupiditatibus ac rerum externarum desiderio mentem auocemus, & ad illud respiciamus, quod poeta dixit:

*Puluis & umbra sumus:* quodque post hanc vitam neque opes, neque potentia, neque vlla alia fortunæ defunctos sequentur aut iuuabunt.

Operæ precium facturū me spero, si huc adscripsero incerti Autoris Græcū Epigramma, ab hoc argumento non alienum: cuius versionem ex Aufonio subiiciemus.

Ελθὼν εἰς αἰδῶν, ὅτε δὲ σὸφὸν λῦσας γῆρας  
 Διογενὲς ὁ κύνων κροίσον ἰδὼν ἐπέειπε.  
 Καὶ εἰσάσας ὁ γέροντι τὴν περὶ βίον ἐγγύς ἀνείπε  
 τὸ πολὺν ἐν ποικίλῳ χροίῳ ἀφῆκε κέρδιον  
 Εἶπεν, ἔργον κὲν οὐκ ἔχεις, τὸ πᾶν θ. ὅσα γὰρ ἔχον  
 πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ κροίσος. Ζυβὴ δὲ δὲ ἔργου.

Aufonius:

Effigiem rex Cræse tuam diuissime regum  
 Vidit apud manes Diogenes Cynicus.  
 Constitit rictus procul solito maiore cachinno  
 Concussus, dixit: quod tibi diuinitæ  
 Nunc profunt, regum rex ὁ diuissime δὴ μὲν sis  
 Sicut ego solus, me quoque pauperior.  
 Nam quæcumque habui tecum fero, cum nihil ipse  
 Ex tantis, tecum Cræse feras, opibus.

Diogenes in hisce dialogis, discretia maximè in eos facit, qui supra mortalitatem suam efferi cupiuerunt.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ

ΔΙΟΓΕΝΙΣ ΚΑΙ

Πολυδῶκτος.

Tollucis.

Iacobo Micyllo interprete.

ΔΙΟΓΕΝΕΣ.

Ω Πολύδωκε, ἐπέμω  
 μαί σοι ἐπέδωκε τὰ  
 χίσι ἀνέβης (σὸν  
 γὰρ δεῖν, οἶμαι, τὸ ἀναβῆναι  
 ὡς εἶπεν)

Commendo tibi, Pol-  
 lux, quæ primū ad sus-  
 peros ascēderis (ἄντι  
 .n. est, ni fallor, cras reuuisce-  
 re)